Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



91

quia ipse est xps. an uero et ante mandauerit. quando apl'os duodecim
destinauit denuntians illis. In uias gentium ne abieritis. et in ciuitates sa
maritanorum ne intraueritis. Ite autem ad oues que perierunt domus israhel.
Egrotos curate. leprosos mundate. demones eicite. In quacumque ciuitate in
traueritis et susceperint uos. interrogate quis in ea dignus sit. et ibi manete
Itaque ne hic mandatum uideat. ut xpm di filium predicarent. Ordo igitur dis
putationis est ordo tractatus. et ideo etiam nos cum aliqui ex gentib: uocan
tur ad ecclam. ita preceptorum serie formare debemus. ut primo unum
dm auctorem mundi omniumque. et doceamus. in quo uiuimus et sumus et mo
uemur. cui et geni sumus. ut non solum propter munera lucis et uite. uerum
etiam propter cognationem quandam generis diligendus a nobis sit. deinde
de opinione illa que est de idolis destruamus. quo non possint auri
argentique. uel ligni materia. uim inse habere diuinam. Cum unum
dm esse persuaserit. tunc iudicio eius adstrues pxpm nobis salutem
datam. incipiens a illis que gessit in corpore. et ea diuina describes. ut
plusquam homo fuisse uideatur. uitam uiuus uirtute mortuum a in
feris suscitatum. Paulatim enim fides crescit. ut cum supra hominem fuisse
uideatur. ds esse credatur. Nam nisi probaueris quod facere illa sine di
uina uirtute non potuit. quemadmodum potes probare in eo uim fuisse
diuinam. Si forte sse nobis parum auctoritatis et fidei deferat. Ergo ser
monem apli apud athenienses habitum. Qui si a primo destruere uo
luissent ceremonias idolorum. sermone eius aures gentilium respuissent
A bono igitur deo operatore mundi incipit dicens. Ds qui fecit mun
dum et uncta que sunt in eo. Negare non possumus unum operatorem
esse mundi. unum dm omnium unum creatorem. Adiunxit eo qd celi
et terre dns in manufactis non dignetur habitare. Dando quod intra
auri argentique cassam materiem neque aquam uere similem sit artificio ho
minis uim diuinitatis includi. errori remedium docens et studium
penitendi. Tunc uenit ad xpm. nec tamen dm maluit quam hominem